



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 62. Pontificatus exordia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. lentia pressos ultra fidem potenter
 A. C. 1730. tatus est, quamvis inde non raro quo
 rumdam inimicitias sibi accersivisset.
 Ceterum ipse splendide, ut tantum
 Principem decebat, vixit; Principes
 ferme omnes, & Romanæ Curiaæ Præ-
 sules præcipue ceteris magis eruditum
 quotidie sub vesperum ad illum conve-
 niebant, quibuscum plura & quidem
 ardua conficiebat negotia, ac in fine
 eis sorbilla pro more cumulatissime ha-
 giebatur; locuples enim Paterna he-
 reditate, magnisque opibus præditus
 adeo non de redditibus Ecclesiasticis
 sibi quicquam attribuebat, ut etiam in
 Signaturæ Præfectum electus annue
 duo scutorum millia, quæ ex hoc of-
 ficio provenire solebant, ultro Pontifici
 offerret; nulla enim captus lucri avidi-
 tate, & sine Ecclesiastici instituti les-
 sione erat magnificus, simulque sine
 ostentatione vere pius. Hoc illi fuit
 privatæ vitæ genus Principe eruditum
 commensuratum.

§. LXII.

Pontificatus exordia.

Corsinius ad Universæ Ecclesiæ in-
 teritum assumptus die decima sexta
 Julii B. V. Mariæ de Monte Carmelo
 Sacra in Templo Vaticano consueta
 pompa

pompa inaugurari voluit. Inde ad suum cubile delatus, a Principum Legatis, aliisque Viris Nobilibus gratulationis officio honorabatur, quos inter præcipue Comes de Colaldo Cæsareus Orator Papam latina oratione sui Principis nomine salutabat.

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

Peractis nisce officiosis solemnitatibus Pontifex primam eo curam intendit, ut optimos, atque integerrimos Administros in perturbato illo Regimini prioris statu adlegeret; varios eisdem proponebant Purpurati, quibus ipse tamen respondit, Cardinalium esse eligere Pontificem, Pontificis vero eligere Ministros: Proprio igitur impulsu Antonium Cardinalem Barberinum summæ Rei præfecit, eumque a secretis Status esse voluit, Datarix autem Præfecturam contulit Antonio Francisco de Valentibus Theodosiæ Archiepiscopo & Rotæ Romanæ Auditori; Assessorem nominavit Marcellum Paserium, Virum longa sibi familiaritate ac famulatu cognitum, & per omnia probatum. Ab Epistolis arcanis esse iussit Josephum Livizzanum, & Præfectum Familiæ Troyanum de Aquaviva, Cubiculo autem Pontificio Sini baldum ab Auria Archiepiscopum Patracensem præfecit. Denique cetera munia & Pontificiæ Domus Ministeria

S 5

Viris

Sæc. XVIII.

A. C. 1730.

Viris probatæ virtutis integritatisque prudenti selectu commisit, Ex Cardinalibus autem Corradinio Magni Penitentiarii onus & Cardinali Spinula Præfectura Signaturæ obtigit: Interiora demum Pontificiæ liberalitatis beneficia reservasse videbatur suis Nepotibus; Bartholomæum enim Cononium Equitum levis armaturæ Centurionem dixit, & Nerium, juvenem pietate, prudentia, & rerum gerendarum dexteritate inclytum, a secretis libellorum supplicum creavit. His ita dispositis Universale Jubilæum, preceque publicas indixit, & pro felici Regimine supplicationem instituit, quam ipsemet ab Ecclesia S. Mariæ Angelorum usque ad Basilicam Liberianam singulari pietatis sensu comitatus est. Rei etiam domesticæ curam haud esse negligendam censuit, quapropter Pontificii ærarii statum explorans, cum nonnisi mille quingenta scuta esse reposita cerneret, *bene*, agebat, *Cardinalis eram dives, pauper jam sum Pontifex*. Et igitur suas convertit curas, ut pro currentibus Ecclesiæ necessitatibus ærarium Pontificium penitus exhaustum ita repararet, ut tamen nullum in populo damnum accresceret; subditorum enim commodo providus Patris sollicitate prospexerat, ac præprimis tra-

buta, quæ a Pontificiis Ministris, in scio Sæc. XVIII.
 Pontifice, ultra modum fuere imposita A. C. 1730.
 levavit, & per incognitos Viros a cun-
 ctis Pistoribus panem clam sibi afferri,
 illiusque pondus augeri, atque olei
 pretium imminui jussit, vetuit quoque,
 ne deinceps vectigal ex sappone exige-
 retur. Hac liberalitate populi amorem,
 & cæli Benedictionem sibi mirifice con-
 ciliabat, ab omnibus palam inter fau-
 stissima auguria nominatus: *Clemens*
Papa, providus Pater patricæ & pauperum.
 Plures etiam instituit Præsulum & Car-
 dinalium Congregationes, ut publico-
 rum vectigalium locationes, aliasque
 exactiones aut concessiones sub Præde-
 cessore suo, eoque in scio, & sine de-
 bitis solemnitatibus factas rigide expen-
 derent, easque quantum opus foret,
 irritas nullasque declararent. Tandem
 vero die decima nona Novembris pro-
 more Pontificatus sui possessionem adi-
 turus, e Vaticano ad Lateranense Pa-
 latium solemniter processit, ubi
 in pauperes turmatim confluentes in-
 gentem pecuniarum vim distribui jussit.

§. LXIII.

*Ejusdem Pontificis epistola ad Archi-
 episcopum Salisburgensem in causa
 exemptionis Passaviensis.*

Vix